



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum
dierum Quadragesimæ

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

60. Considerando Christum Dominum in Passione sua peccatorem
alloquentem & expugnantem veluti per tot ora, per quot & vulnera.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

rumque suorum salutem efficaciter, potenter, suaviterque procurantem. Ecclesiæ militanti æque ac triumphanti Dominantem, vitamque æternam tam Gratiæ, quam Gloriæ subministrantem. Vitæ & Mortis, Cœlorum & inferorum clavem habentem. Denique cum Patre Æterno, & cum Spiritu Sancto, unum in Trinitate, Trinum in unitate Deum, Solum, Potentem, Beatum, Immortalem, Invisibilem, Æternum, Sanctum, Gloriosum in sæcula sæculorum.

Ex his porrò collationibus licebit unicuique devoto meditati procedere nunc in affectus indicibilis compassionis, commiserationisque; nunc in contritionis, erubescentiæ, doloris, nunc in admirationis, gratiarum actionis, humiliationis, nunc in desiderii, amoris, imitationis, nunc verò in exultationis, & lætitiæ, in honoris & reverentiæ, in gratulationis & gaudii, in dilectionis & desiderii, in spei & fiduciæ, in resignationis & subjectionis. In unionis & transformationis &c. &c. prout Spiritus Sanctus dare voluerit affici unicuique, & prout vasa idonea invenerit, unctioneque suâ docuerit.

MODUS LX.

SEXAGESIMUS Modus Passionem Domini nostri meditandi esse potest; assumere & attendere Passionis Christi vel omnes, vel complures, vel aliquas, & nunc has, nunc illas partes, itemque ipsius Domini aut vulnera, aut opprobria, aut dolores, aut virtutes, aut opera; tanquam loquentia, immò (ut scriptura loqui solet) clamantia, sive ad Patrem Æternum, sive ad Peccatores,

A a 3

tores,

Dr
Bick
er: 280
Tom 15
V
5 8

tores, pro quibus patitur; five ad hostes à quibus cruciatur; five ad Animas fideles, & pias, quæ ipsi placere, & assimilari desiderant. Si enim sanguis Abel, si peccata Sodomorum, si Moyfis silentium, si merces operariis dilata clamare ad Deum, & in Cælum possunt: quidni etiam ærumnæ, dolores, contumeliæ vulnera Christi Domini clament ad Patrem Æternum, ut misericors & placatus fiat generi humano: ad peccatores, ut omnes ubique pœnitentiam agant, neque tantam negligent salutem: ad crucifixores occisoresque suos, illud quod est in

Malach. 3.8.

Propheta. [*Si affiget homo Deum, quia vos configitis me, vos maledicti estis, & vos me configitis, gens tota. Et. Quia videbunt olim, in quem transfixerunt. Et. Quia videbunt Filium hominis venientem in nubibus Cæli, tum virtute & potestate magna. Et quia: si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid demum fiet? Ad pias & fideles Animas, ut obligationem suam agnoscant, ut diligant sicut & dilectæ sunt &c. Ad omnes denique vel homines vel etiam creaturas illud Prophetæ. O vos omnes, qui transitis per viam, (hujus vitæ) attendite, si est dolor, sicut dolor meus: aut illud: Quid potui ultra facere vineæ meæ, & non feci? aut illud.*

Mich. 6.3.

Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? responde mihi. Empti estis non auro, nec argento, neque corruptilibus, sed pretioso sanguine quasi Agni immaculati Jesu Christi. Illustrabit hunc meditandi modum Beatus Chrysológus verbis suis, disputans, de Lazaro ulceribus pleno, ante januam epulonis divitis, jacente, & micas panis mendicante. Verba Sancti hæc sunt. [„ Deum, quia obturatis auribus, clamor unius

oris

oris nihil erat clamantis ad aperiendum cor „ *Chrysolog.*
 divitis, totum corpus pauperis vulneribus ape- „ *serm. 121.*
 rit, ut in admonendo divite, tot essent Paupe „
 ris ora, quod vulnera, solvuntur viscera, ulcera
 producuntur, hiatus vulnerum dilatatur, sanies
 effunditur, & tota Pauperis caro componitur in
 scenam pietatis, ut quem vox esurientis non
 moverat, vel suspiria, vel dolores, gemitus, &
 tota ærumnarum congeries commoveret; sed
 dives superbo oculo, & insatiabili corde, hæc „
 omnia & audire, & videre, & sentire contem- „
 nit. „] Hic apparatus Divinus per Lazarum ul-
 cerosum ad Epulonem immisericordem expug-
 nandum, potest procul dubio commodissime
 parodicè accommodari ad Christi Domini sive
 tormenta, sive opprobria, sive vulnera, sive
 mortem, sive instrumenta Passionis, quibus
 omnibus Dominus noster satagat expugnare
 animum, tum Æterni Patris, tum corda pecca-
 torum, tum odia inimicorum, tum amantium in
 amando & compatiendo, & imitando teporem,
 tum hominum ingratitude, sterilitatem, ob-
 livionem. Quæ tamen omnia utinam homines
 passim audire, videre, sentire, non contem-
 nant.

MODUS LXI.

SEXAGESIMUS PRIMUS meditandæ Passionis Do-
 minicæ Modus esse potest, colligere atque
 expendere eorum animalium proprietates, qui-
 bus Christus Dominus, præsertim Passus ac
 Mortuus comparatur in Sacris litteris, ita ut pro-
 prietatibus illorum explicetur exprimatque,

Aa 4

tam

Dr
 Bick
 er: 280
 om 46
 V
 578